

XVII.

1440 in die Circumcisionis.
Augustae.

C 9 v „Domine, in lumine vultus tui ambulabunt et in no-
5 mine tuo exultabunt et in iustitia tua exaltabuntur“,
in Psalmo ‘Misericordias Domini’.

1. Sancta mater ecclesia reperit Spiritum Sanctum per prophetam regium Christi adventum praecinisse ex maxima misericordia Dei, et hunc Psalmum recipit legendum hoc tempore, ut
10 videamus quomodo Christus annuntiatus fuit patribus, et quid patres nostri de eo crediderunt et sperarunt, ut et nos ambulemus in lumine et exultemus in nomine eius et exaltemur in iustitia eius. Oremus igitur etc.

C 12 v 25. Et nunc tibi intellectus apertus est, ut videas quanta profunditas est in verbo Christi quod gestat aeternae Sapientiae imaginem, cuius elocutio per ipsum fuit in Sancto Spiritu. Et ad hoc videndum nolo te ducere extra id quod tu seis; sicut non sum
15 usus nisi mundo visibili tanquam explicato Verbo Dei, ita capere volo aliquod verbum Christi ab eodem humaniter prolatum, quod
20 tibi sit notum et sit Pater noster etc. Dico igitur quod omnis sapientia Dei relucet in illo sermone.

26. Primo quidem dicitur: „Pater noster qui es in caelis“. Clare vides id quod dixi de unitate multitudinis et Patre universorum clarissime hic exprimi. „Pater“ enim dicit, non ‘patres’.
25 Addit „noster“, ut videas unitatem causam pluralitatis via crea-

2—3. Ita Cusanus scripsit in summa pagina 10r; 9v: in die Circumcisionis Augustae.

4. vultus supra scripsit et tui corr. ex tuo Cus.

12. exultemur Cus. iustificemur post et₂ add. et del. Cus.

14. In margine: tertia primae; cf. notam.

18. pro libro ita post visibili et verbo Christi post tanquam add. et del. Cus.

6. Ps. 88, 16.

14. Expositio Orationis Dominicae, quae hic sequitur, est tertia particula primae partis huius Sermonis.